



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De bonis operibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

DE BONIS OPERIBVS SEV VIRTVTVM STUDIO.

BONA CHRISTI FIDELIVM OPERA EFFICERE SALVTEM ANIMARVM.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE SANCTISS. Episc. §. sed neque. coll. 9.

Siquis voluerit suarum rerum offerre Ecclesie, non solum non prohibemus, sed etiam magis inuitamus eos talia PRO SALVTE ANIMAE SVAE FACERE.

Ecclesiis offerri pro salute animarum.

IDEM IMP. IN AVTH. VT CVM DE appellat. cognosc. &c. §. si unum. Verf. sed vniuersaliter.

Affirmat eorum animas subleuari, quorum bonis captiui Christiani ex hostium vinculis liberantur.

Animam subleuari liberando captiuos.

IDEM IN L. XII. C. DE EPISC. & cler. circa fin.

Qui constituerunt sanctissimas Ecclesias PRO SVA SALVTE & communis reipublicae, reliquerunt illis substantias, vt per eas debeant sacrae liturgiae fieri, & vt in illis a ministrantibus piis clericis Deus colatur.

Ecclesias constituere homines pro sua salute.

IDEM IN D. L. CIRCA MED.

Sic enim quisquis PRO SVA ANIMA quicquam facere vult, promptius erogabit, si

Kk 4 credide-

crediderit ea quæ ab ipso data fuerint, pie ministranda esse. *Et post pauca.*

Anima cōsuli studio psalendi Deo in Ecclesia.

Multi Laicorum, VT SVAE ANIMAE CONSVLANT ad sanctissimas Ecclesias fluentes, studiosi circa psalmodiam ostentantur, &c.

IDEM IVSTINIAN. CONST. CXXI
§. si clericus, apud Iuliam. Patricium Constantinopol.

SI clericus cuiuscunque gradus, siue administrator cuiuscunque religiosi loci, vel cōsecrationem, vel administrationem, vel curam sibi cōmissam vel postea voluerit aliquid de propriis rebus offerre Ecclesie, in qua consecratur, vel loco cuius administrationem, vel curam recipit, nō solum non prohibemur fieri, sed magis exhortamur talia PROLVTE ANIMAE SVAE FACERE.

IDEM IMP. IN AVTH. VT DETEM
fit num. cleric. §. sicut enim.

Eleemosyna Deum placat.

EXpensa quæ fiunt ex Ecclesiasticis quibus, circa pios erogentur actus, & Deo placantes, & illis hæc ministrantur, qui pro veritate egent, & non habent aliunde alimentorum occasionem. HOC ENIM DOMINUM DEVM PLACAT.

Hac ex Iustiniani legibus quamvis pauca, tamen omittenda esse nō duxi: ex his enim facile depravari potest veteres in ea persuasionem, & recte quidem ut si quid virtutis bonæ operis, præsertim quod diuini nominis gloriam cederet, exercerent, id est

ius premium in hoc & in futuro seculo, quod & Iulius Apostolus testatur, afferre posse. Nam bona opera ad salutem esse necessaria credenti, nemo inficitur, nisi qui omnis pietatis atque recte fidei expertus est. Quantum etiam hæc doctrina de studio bonorum operum vel ad vitam politicam sit necessaria: quantum boni mores intra paucos annos à Maiorum honestate defecerint, atque decreuerint, viui testes sunt, qui a norum nostrorum ætatis recordantur. Quin potius Antesignani eorum hominum, qui soli creditati in Deum omnia tribuunt, id manifeste conqueisti iam pridem sunt, videlicet Euangelij sui discipulos in bonis moribus ita profecisse, quod nunquam deteriores fuerint homines, quã per hoc tempus, quo ipsi Euangelium suum puluerulentum, ex scamnotum ablutis erutum, mundo prodiderunt. Neque interim prævident, quantam ianuam ipsi licentioso suo dogmate hominibus ad vitia aperuerint, ad quæ etiã præter hæc multæ patent viæ, iux. auth. de nupt. §. miores. circa med. & in proem. Clementin. Cum enim humana natura per se ad peccandum sit proclivis, & quodammodò labator ad delicta. §. & cum trionio in fi. Auth. de monach. necesse est, vt malicie hominum obuietur. l. in fundo. ff. de rei vendic. r. auaritia. de elect. in 6. & via malicijs tollatur. glo. in l. pen. C. de agric. & censit. lib. 1. Quia manifestum est maiorem esse hominum improbitatem, quam vt sola benevolentia naturali in officio retineri queat, adeò quod nec immerito Iuriscons. permittat, vt etiam constituta maleficiorum supplicia exacerbentur in terrorem aliorum, si quando nimium multis

Kk 5 grassan.

Boni mores
orto nouo E-
uangelio occi-
derunt.

Quale Euan-
gelium, talis
fructus.

Nouum E-
uangelium li-
centiosum, ho-
minibus viam
ad maliciam
aperuit.
Genes. cap. 6.

Homines na-
turaliter ad
malum in cli-
nati.

grassantibus exemplo opus sit. l. aut facta. §. de
 de poen. Non etenim laudando augeri oportet
 tiam. l. 1. circa fin. ff. de seru. corrupti: sed
 indignum nimis item impium est flagitiosius
 quærere. l. legem Anastasij. C. de nat. lib. l. iij.
 rum virorum, ac præcipue Concionatorum
 ed maxime intentum esse debet, vt legitimam
 mentis atque exemplis hominum vitam ac morum
 probitatem atque pietatem, tanquam ad sequen-
 gant suamq. doctrinã atq. conatus ita moderentur
 inde stabile, atque incontaminatum quoddam
 num emergat, quod suæ acquiratur a Deo
 nibus, siue ab imperio, sequente Deum, dem-
 mansurum, & omnis malitiæ ac deminutionis
 neum esse, vt Iustinianus ait in §. illud quoq.
 Const. qua dignit. & Episc. fil. liber. patr. §.
 coll. 6 Sic fiet, vt relictis vitijs homines: via vir-
 tutem & bona opera sunt inuestigaturi: quæ
 fugiendum quod malum, inueniendum vero
 que quod bonum est. Auth. quib. mod. nat. effie. §.
 coll. 7. Sed quoniam via est ardua virtutum
 que haud in multis conspiciatur. Auth. de vitijs
 sacr. palat. circ. fi. coll. 2. boni propositi præ-
 sunt alliciendi, & econtra mali panis afferendi.
 1. ff. de iust. & vir. Illi verò, qui in studio vir-
 tis ac bonorum operum aliquo progressu fuerint
 adeo vt eorum diligentia in vtilitatem publicam
 & reipublicæ redundare possit, minime sunt
 gendi: sed ijs tanquam bene merentibus
 præmia tribuere oportet. l. & virtutem. C. de statu
 mag. & omni modo cauendum est, ne in dâ

Contiona-
 torum studiū
 quale debeat
 esse.

Via virtutis
 ardua.

Boni præmij
 mali poenis
 affiendi.

hie penas ferat. l. fi. C. de professor. Porro qui ad
 finem contendunt, vt tandem virtutum, hoc
 est, bonorum operum, quae ex radice rectae fidei nas-
 centur, premium & in hoc & in futuro seculo conse-
 quuntur, imprimis eniti debent, vt & in commercio
 bonorum sint iusti, constantes, non vafri neque ver-
 bales, sed speram dent, vt tam verbis quam factis
 ad huc fides, quam fallere graue est. l. i. ff. de const. per.
 fides autem illa politica cū veritate ita coniuncta est,
 vt ab ea, prater corruptionē diuelli nequeat. Et cum
 ingentia bona humano generi ex veritatis studio ac-
 cedant meritō super omnia est amanda l. cū ita lega-
 ti. ff. de condit. & demonstr. eoq. magis, quando qui-
 dē Deus ipse veritas est, & qui manet in veritate, is
 & in Deo manet. iux. glo. circ. princ. Auth. de in-
 strum. cant. & fide, & c. coll. 6 hinc est quod verita-
 tis sectatores Deo placent glo. fi. in l. 2. C. si contra ius
 vel vtil. pub. & c. Nemo igitur admittere debet, ut ab
 ea se virtute villo modo deflecti patiatur, vepote quae
 omni gratia ac potentia antepōnēda est. l. eos testes C.
 de testib. Deindē studendū est, vt tota haec vita nostra
 et consuetudo inter homines bonis moribus sit exorna-
 ta, ex his enim cuiusq. formatur opinio. glo. in §. hinc
 nobis. super ver. opinionis. Auth. de hered. & Fal.
 coll. 1. Videmus nāq. dexteros mores nobis apud quos-
 libet conciliare fauorem ac beneuolentiam, & quanto
 magis hominē commendant, tanto amplius eorū cultus
 cuiq. charus esse debet, qui tanti semper estimati sunt,
 vt ones etiā diuitias multis par a sangis antecedat, vt
 Accursius ait in l. magistros. sup. ver. moribus. C. de
 professor. lib. 10. Neq. enim facultates, neq. dignitas ita
 suffici-

Verum vir-
 tutis studium
 ex recta fide
 proficitur.

Fidei & ve-
 ritatis affini-
 tas.

Dcus est ve-
 ritas.

Veritas om-
 nibus rebus
 antepōnēda.

Boni mores
 excellunt di-
 uitas, iuxta il-
 lud meli⁹ est
 nomen bonū
 quam diuitias
 multa.

sufficiens est ad fidem, ut bona electio, vel virtus
 & benigni mores, iux. sententiam Modestini in
 oportet. §. cum reliquis. ff. de tut. & curat. Hinc
 immeritò maiores nostri vulgo præferebant de
 ratū præstare benenato. Quò quisq; autē vel magis
 doctior est, eò studeat obnixius ceteris hominibus
 magis anteire moribus. In primis nāq; Imperator
 magistros studiorū doctoresq; excellere oportet
 deinde facundia. l. magistros. C. de profess. lib. 12.
 verò agere ijs præcipuè conueniet, qui vel magis
 potestate, vel doctrinæ autoritate alijs præstant
 quātò enim quisq; præest melioribus, tanto magis
 & honestior habendus est, & esse debet. Auth.
 defensor. §. 1. circa fin. Hanc enim viam ad quæ
 cōparandam proximā & quasi compendiariam
 cebat Socrates, si quis id ageret, ut qualis habere
 let, talis esset. Nemo promdē qui alijs præest
 permittere debet, quod ipse in alio pumendum
 set, iuxta illud quod ex Catone Accursius citat
 est doctori, quē culpa redarguit ipsum. glo. in
 videlicet. Auth. ut iud. sine quoq; suffrag. c. 1.
 Illi autē, quibus ob ruditatem ab alijs discere
 mari necesse est, omnes ingenij vires eò intendē
 bent, ut benè monitis pareant, & reipublicæ fructum
 bona disciplinæ afferant. Non enim sufficit
 dire doctrinam, nisi etiam quæ accurate præcepta
 custodiantur, et ad effectū deducantur. Quæ
 norū præceptorum utilitas, si ea in auscultatione
 ac nudis verbis consistant, non etiam per se
 atq; opera sibi et proximo fructū de se præbeat.
 de prouinc. præsid. in prin. Neq; verò satis est
 Clipse

Magistratus
 bonis morib.
 alijs honinib.
 exemplo esse
 debent.

Vitium in
 Doctore tur-
 pius est.

Discipulis be-
 ne monitis
 parere debent.

Frustra do-
 cetur, vbi ni-
 hil discitur.

Christianū esse, Christi Euangelio credere, Christi mē.
 Christianaeque reipublicae ciuem esse: nisi etiam
 Christi mandatis pareat. Euangelium, quod corde cre-
 dit, ore profiteatur ad salutem, tranquillitatē Ecclesiae
 non turbet. Nō enim verbi auditoribus, sed effectori-
 bus (salus promissa est: neque verba, scilicet sola fides)
 sufficiunt, vbi factō opus est. l. non omnes. §. fin ff. de
 re. milit. et l. peculium. ff. de pecul. quia facta ver-
 ba potiora sunt. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de non o-
 port. nunc. Oportet autem Christianum virum vtilem
 esse ciuem reipublicae in omnibus ijs rebus et actioni-
 bus, quibuscunque eidem prodesse potest, et impigrū
 quidem, non tardiosum, non procrastinatorem, non ne-
 gigentem, adeo quod si hęc officium faciat, illic cesset:
 vbi proficiat, alibi noceat. Id enim non est praestare, se vi-
 rum integrum: quia non sufficit fieri in vno quod fa-
 ciendum est in pluribus. glo. in §. quoniam infirmas.
 Auth. de nupt. coll. 4. Neque cessandum, vbi semel
 bene agere ceptum est. Perseueranti in bono salutem
 in praemiu pollicetur Christus, ac legitime certantibus,
 praemium proponit Apostolus: sed frustra velocitate ni-
 tute currendo, qui priusquam ad metam veniat, desi-
 nat. t. in cassum. de praem. dist. 3. Satis proinde liquet
 vitium esse vitijs renuntiare, nisi etiam virtutis acti-
 ones exerceantur: tūm quippe demū rectē fuerit pur-
 gati vitium, vbi ad virtutem, hoc est, bona opera animi
 appuleris: at si vitium sine huiusmodi emendatione
 relinquatur, aliquid absurdū et inlegansequenire neces-
 se est. l. sancimus. C. de vsur. rei iudic: aut enim
 aberrimis virtutum documentis illudere, aut plane
 reus, vel stultus esse videberis. Quandoquidem
 igitur

Sola fides sine
 facto non suf-
 ficit.

In bono per-
 seuerandum.



igitur decursio et varietas humane nature p[er] se
 egetur curatione non aliter ad bene habendum se
 catur, licet prima eius gubernentur principia, nisi
 quod particulariter ei resistit, corrigatur. Auth.
 restit. & ea que par. in vnd. men. & c. coll. 2. uer
 sum est vitia corrigere. l. c. vt. aff. in har. et conti
 incip. & mala conditione sprete ad meliorem me
 re sententiam. l. imperialis. C. de nupt. Quod sua
 virtutis studium se totum applicabit homo, iustitiam
 colens & veritatem, qua Deus ipse placatur. l. i.
 go iubemus. C. de offic. pref. Afric. Nam hoc
 quidem est omnium perfectissima virtus, aucto
 hominibus, qua iura omnibus distribuit. Etenim
 namquamq; aliarum virtutum, nisi subsequatur
 ius bona, fiet nihil horum qua competunt; adeo
 nec fortuna, qua cum iustitia conuicta non est
 dari possit. Auth. Vt omnē obed. iudic. pro
 in prim. Sed et huic adiungatur temperantia, vt
 suo contentus, rem non ex petat iuris alieni. l. i.
 1. Tim. 6. siterit. C. fin. regund. E contra procul remouenda
 cupiditas, que omnium malorum radix est. l. i.
 rum. 17. dist. & c. nam concupiscentiam. ex. de
 ssi. et glo. sup. ver. auaritia. Auth. Et iudic. bo
 suffra fiant, & c. Cui cti. em. In glimans ipse
 pulatur: hoc sacrorum eloquiorum, inquit, m
 & verum est, quod auaritia omnium su mater ma
 lorum, in proem. d. Auth. Cupiditates enim, l.
 teste, sunt insatiabiles, que non modo singula
 mines, sed vniuersas familias euertunt, totam
 am labefactant rempub. icam. Ex cupiditatibus
 dissidia, discordie, seditiones, bella nascuntur. Ne
 hac sese foris solū iactant, nec tantum in alio ca
 ioyca

Vitia corri
 gere necessē
 est.

Iustitia vir
 tus perfectis
 sima.

Temperan
 tia.

1. Tim. 6.
 Cupiditas
 omnium ma
 lorum radix.

Auaritia ma
 ter omnium
 malorum.

Lib. 1. de
 finibus.

etu incurunt: sed intus etiã animis inclusa inter
 sident, atq; discordant. Itaq; in omni vita huma-
 nissima vero in officijs administrandis, non ad
 compendium stipemq; deformem arripitur oc-
 casus, sed laudis per eam augmenta quarantur. Nam
 lucro pecuniaq; capiantur homines, veluti abiecti
 ex degeneres inter vilissimos numerandi sunt. l. si
 C. de postulã. Sed multo quidẽ præstabilius est cũ
 honestate bene operando viuere, quã illa contempta,
 manu & rationes conquirere, per quas impie-
 rit, propterea quod natura ita cõparatũ est, ut nihil
 quicquid isto modo accumulatur, perdurct, sed male
 collecta statim dissipant. §. ac si quando. Auth. de
 lib. pratorib. coll. 10. Ex his communẽ illud prouer-
 bium fluxit, de malẽ partis nõ gaudere tertium here-
 tica. Cum porro sacra precipiant litera, vt Deum ho-
 noremus de nostra, non aliena substantia, Deus autẽ
 in hoc genere pietatis aliter honorari nequit, nisi ex no-
 stris etiam communicemus pauperibus, quos Christus
 quod nos semper futuros dixit et quicquid minimo co-
 muni nostra liberalitate ac beneficio præstitum fuerit,
 si sibi acceptum relaturum promisit, alioquin ipse
 honoris nostrorum, qui omnium dominus est, nihil in-
 ijeret. Danda igitur à nobis opera est, vt potius ipsi
 que honeste comparata sunt, indigentũ necessitatem
 subueniamus, neq; magnopere curandum etiam si non
 latum elargitionis nostra rationem capiamus, beatius
 namq; est, dare quam accipere c. cum Marthe iuncta
 glo. ex. de celebr. miss. & lucrum nostrum non in per-
 ueniendo sed, vt Imperator ait, pie agendo habendum
 est. §. hinc nobis, circa fin. Auth. de her. & Fal-
 coll.

Auaritia ho-
 mines facit
 fordidos &
 abiectos.

Malẽ par-
 tum, malẽ
 disperit.

Deus hono-
 randus de no-
 stra substa-
 tia.

De elemo-
 syna.

Beatius est
 dare quam
 accipere.

Et ibi glo. hos
 habet veru-
 culos.

Temporibus
 nostris, qui-
 cunq; placere
 laborat.

Det, capita
 quarat, pluri-
 ma, pauca, ni-
 hil.

coll. i. Quamobrem bonorū nostrorum partem
 debent egeni ac pauperes, siquidem cuiq; tantum
 perest, ne & ipse egeat: nam in necessitatibus
 liberalis est. l. rem legatam. ff. de adimen. legat.
 liberalitate sua quis inops fieri debet. l. ne libere
 te. ff. de re iudic. Hoc enim pacto in veteri testamēto
 filium suum instituit Tobias, quod si opibus
 daret, abundanter quoq; pauperibus erogaret. Ita
 nus, libenter tamen id quoque daret, quod
 do facultatum possēt. Nec enim decet
 claudere erga inopē, qui abundat: humilitate
 dem nostrae est egenis prospicere, operamque
 pauperibus alimenta desint. l. privilegia. §. em
 de sacros. Eccles. & laudabile est pauperes
 re. glo. ff. in Auth. de refer. sac. palat. coll. 2.

Eleemosyna
 quomodo ero
 ganda.

Tob. cap. 4.

Eleemosyna
 Deus placatur.

Eleemosyna
 unde eroganda.

Deus ipse placatur Eleemosyna, Auth. Vt clerici
 num. cleric. & c. Ita tamen, ut supra dixi, ne
 ex raptō, sed proprijs facultatibus largiatur
 parum sanē haberet meriti, si quis equum
 ferreas soleas in Eleemosynam exponeret. Ita
 modo eleemosyna danda non est. c. cui putanda.
 Neg. vero pietatis opus est vni altare spoliarē
 terū tegere, iux. glo. in §. fin. circa fin. Auth. Qu
 oport. Episcop. & c. Nulla certē professione
 nullaq; re alia poti⁹ homines Deo, quā prona libe
 tate iunguntur, ut Theodo. & Valentianus heretico
 tores in ll. nouell. tit. De bon. decurion. aiunt
 doctorem, dicente Apostolo, diligit Deus. Nam
 beneficiorum fontibus genus amplificetur humani
 diuinam beneuolentiā nobis credimus obligari.
 spes tota vicissitudinis expectatur, ut recte
 Imper.

operatores in d. tit. senserunt. His ergo artibus
 comparabimus nobis Deum propitiū: nec bene agen-
 tibus vsquam deerit pramium, cum pietas, monente
 Paulo, tam in hoc quam in futuro seculo suas habeat
 promissiones: Deus etenim, a quo omnis iustitia &
 equitas emanat, ius suum unicuique tribuit, bene me-
 ritis quidem paradysum, malè meritis infernum,
 in x. glo. in prin. Inst. de lust. & iur. Eiuscemodi
 quoque viuendi rationibus viri boni & honesti (cuius
 nomen assumere bonum est. l. facta §. Si verò. ff. ad
 senatus. Trebellian.) laus & encomium acquiritur,
 quod sibi perpetuò saluum cōseruare quisq; debet: cū
 nullares tanti sit, aut commodum vllum tam expe-
 tendum, vt viri boni & splendorem & nomen quis
 emitat, vt Cic. ait. Quemadmodum enim boni &
 honesti meritis laudibus sunt vehendi: sic econtra
 maligni & veteratores vituperandi & accusandi
 sunt. l. iustissimos, C. de off. rest. prouin. Non autem
 externum tantum probitatis, & honestatis habitum
 præ se ferre, vel vicia certo quodam colore obducere
 oportet, ne hominis sub specie boni decipiantur, quod
 vitium Greci hypocrisisin vocant, idque Christus
 summo perè detestatur, vt pote quæ omnium nefan-
 dissima fraus est, & grauissima videtur iniuria,
 quæ inani honestatis colore velatur. l. dudum. C. de
 contrab. empt. & vend. non enim sufficit fumos ven-
 dere arg. l. i. C. de pact. conuent. sup. dot. & c. Sed qui-
 libet, quantum eius fieri potest, ex omni parte se in-
 tegerrimum præstare debet, si modò solidam velit cō-
 sequi gloriam, quod & supra monuimus ex Socrate,
 omnibus enim, præsertim Christianis, virtus ipsa

Ll hauri-

Honestati
 semper stu-
 dendum.

Cic. li. iij. off.

De Hypocri-
 si detestanda.

haurienda potius, quam eius umbra confectanda.

Simulatio in omni re vitiosa est, ideo non iniuste

eiusmodi fucatos homines excandescens Propheta dicitur.

Mat. cap. 9. mat. omnem hyprocritam esse nequam. Quare Ciceroni

4. Act. in Ver. per ita viuendum, ut rationem nobis reddendum

bitremur, & tamen si Deos hominesq; celare possunt

Nihil fucate agendum. nihil tamen auare, nihil iniuste, nihil libidine, nihil

incontinerenter esse faciendum: honesta enim bona non

occulta queri. Ad instituendam autem vitam virtu-

te bonisq; ut vocant, operibus excultam, omne

tum, omnesq; animi vires requiruntur: neque

est illorum ignauia, imò temeritas & impudentia

admittenda, qui mentiuntur bonas leges, & virtutum

præcepta, atq; adeo decem mandatorum, diuinitus

scriptorum, cathalogum non ideo nobis ob

positum, ut que illis præcepta sunt faciamus, vel

habita euitemus (nam id præstare in hominibus non esse)

sed ut saltem nobis loco speculi fuerit

quo nos solum contemplari, & defectus nostri

scire possimus: hos, inquam, desideria fronienda

Christiano cætu procul facessere iubemus. Neque

Deus, neq; Imperator, neq; lex quicquam postulat

quod fieri nequeat, qui scilicet norunt non omnia

omnia, sed certos per certa, vel meliores, vel deteriores

res inueniri, dicit Imperator in l. 1. § cumq; hoc. l. 1.

vet. iur. enacl. neq; vllum hominum lex ad impossibile

astrictum esse patiat. l. si quis in graui. in præd.

ad Senatusconf. Syllan. Id verò dicimus posse, si

iuste honestè & commodè possimus. l. neq; in

verb. signif. & c. faciat 1. 2. q. 2. ei enim, qui

Hæreticorū
ignauia, &
varia opinio
de præceptis
cathaligi.

Deum & im-
peratore ni-
hil impossi-
bile præcepe-
re.

Nemo obli-
gatur ad ea
quæ fieri non
possunt.

quod potest, nihil imputatur. l. Si ideo, iuncta glo-
 C. de his quibus ut indign. &c. & qui fecit quod po-
 tant, legem implevit. l. si quis in gravi. §. si cum
 omnes ff. ad Senatusconsult. Trebellian. Si enim hoc
 praedit in rebus civilibus, quando magis in spiritua-
 libus necesse fuerit, quae longae maiorem desiderant
 diligentiam. Agnoscimus quidem nostram imbecil-
 itatem, sed incrementum a Deo expetimus, qui ex
 intimo cordis eum implorantibus vires addit, quique
 res penitus desperatas donare & confirmare virtutis
 magnitudine potest. l. 1. §. hoc opere. C. de vet. iur.
 enuc. ad cuius immortalitatis praesidium respicere,
 & summo numine invocato, ipsum Deum autho-
 ritatem, & omnis nostri operis praesulem fieri, rogare de-
 bemus. l. tanta §. nos itaque. C. eod. tit. cuius beni-
 gnitae ac bonitate omnes omni tempore indigemus.
 Auth. Edict. ad Const. de his qui lux. &c. in prin. coll.
 10. Deus namque & mortis & vitae praesidium est
 l. 2. sup. ver. praesidium. C. de vet. iur. enuc. tan-
 ta §. circa nos divinae bonitatis providentia est, ut
 semper aeternis liberalitatibus nos sustentare digne-
 tur. l. 1. 2. ipse enim communis omnium pater est, ut
 est rex. in Auth. Neque vir. quod ex do. &c. in
 coll. 8. **I** ubi senserit animi nostri ac volun-
 tatis studium esse promptum, ipse manum suam
 adiacet, eamque nostram voluntatem requi boni-
 tate, & haud ambie locum relinquet communi di-
 ctio. bonam voluntatem reputari pro facto arg. l. si quis
 testamento, & l. vter. in ff. de codit. instit. l. cu heres.
 ff. de servit. ff. de statu liber. Quod cu non ignoramus,
 Lt 2 - omnibus

Virium no-
 strarum ro-
 bur a Deo pe-
 tendum, &
 expectandū
 esse.
 Dominus
 prope est his
 qui eum in-
 uocant in ve-
 ritate.

Salust.

omnibus modis eniti debemus, ne vitam stultam transigamus, veluti pecora, quae natura prona ad veniri obedientia finxit: sed virtuti bonisq[ue] op

Sapient. 3.

bus addicti, honorem referamus Deo, atque cum dum proximo: sic fiet, vt honorum laborum gloria sit secuturus fructus: & quoniam delinquentes poena, bene morentibus autem premia debentur, not. glo. pen. in Auth. de interdift. colleg. h. d. l. d.

Malefactoru
poena.

9. mali & ignaui sane suam malitiam & negligetiam non impune ferent, & quanto plus cuiusque commissum est, tanto plus exigetur ab eo. l. quaedam ff. de poen. & glo. fi. in l. presbyteri. C. de Episc. & c. in die illa quando nos omnes manifestari oportet

Corinth. 2.
cap. 5.

tribunal Christi, vt referat vnusquisque proprium operis, quemadmodu id gessit siue bonum siue malum. Quid autem ne veteres quidem Christiani, & qui iura ciuilia sanxerunt, adeo vel stupidi, vel temerarij fuerint, vt nescirent, vel non crederent bonorum operum ex fide emanantium actione salutem esse comparari posse, ex paucis quae subnotata sunt veterum Christianissimorum principum legibus scilicet intelligi potest.

Maiores nostri non fuerunt fatui neque demerentes, ait Bald. in conf. 392. 1. volum.

DE PVBLICIS PRECIBVS SEV LITANIIS ET HORIS CANONICIS.

In sequentibus legibus demonstratur, quae cura Imperatoribus fuerit, vt oratio & reliquis Ecclesiae Catholicae in suo conseruaretur ordine: tum etiam legibus siue canonicas preces, rem nec frivolum, nec nugatum esse.